

iudex Paulus de Agatha

78

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Paulus de Agatha

78

1491-02-12

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quadragesimo nonagesimoprimo. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno tricesimosecundo,... mense Februarii, die duodecimo eiusdem, none indictionis, Mathere.

Nos Paulus Agathus de civitate Mathere, per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Petrus Paulicellus de eadem civitate,... puplicus ubilibet per totum dictum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, donnus Valentinus de Candito, donnus Iulyanus de Romanello, Iacobus Eustasii de Nuccio et Guillelmus sancti Clerici, testes... notum facimus... quod... constitutus Carlucius de Mirabella, nuncius iuratus et serviens curie... capitanei civitatis Mathere et... asseruit se velle personaliter conferre ad queddam bona stabilia heredum quondam Thomasii de Lavello, sita... intus civitatem Mathere, ad inducendum et ponendum in poessionem dictorum bonorum Iohannem Franciscum de Scalzonibus de dicta civitate,... auctoritate et vigore certi decreti a curia dicti capitanei emanati, quod... ipse... presentavit... nictio(*sic!*) dicti... capitanei nictiatum... tenoris... subsequentis, videlicet: [*qui segue il documento n. 76*] Qui quidem Carlucius nuntius nos instanter requisivit... ut una cum eo ad bona ipsius Thomasii consignanda per eum et traddenda(*sic!*) auctoritate et vigore dicti decreti dicto Iohanni Francisco [accedere deberemus et] nos personaliter accessimus ad bona ipsius Thomasii et, cum essemus ibidem, dictus Carlucius pro causa predicta... assignavit eidem Iohanni Francisco [bona predicta] et cum induxit in corporalem poessionem per portas et per limina,

intrando et exeundo per quamdam domum hereditatis ipsius Thomasii sitam... intus plateam puplicam civitatis Mathere, cum casilare uno in inferiori [parte] sistente; item dumunculam unam cum duobus membris ibidem coniunctam, iuxta dictam plateam puplicam, iuxta domum Iohannis de Ievila et viam puplicam; item censum tarenorum quinque et medii super fundo et proprietate domus Iohannis de Ievila ibidem coniuncte; item foveam unam ad opus tenendi frumentum, sitam intus plateam puplicam civitatis Matere, iuxta penus Antonii Donati de Rello, iuxta penus Dominici Nicolai Russi et alios confines, extimatas per Iacobum de Cortona et Iacobum de Simone de Mathera pro unciis vigintiocto et tarenis quindecim. Unde ad futuram rei memoriam certitudinemque [et] cautelam Mauri filii et heredis dicti quondam Iohannis Francisci, confecimus hoc presens puplicum instrumentum, quamvis aliud confecimus ad petitionem domine Cobelle sue avie, tamen illud dixit fuisse deperditum medio iuramento quod instrumentum testatum non extiterat, tamen potestate mihi concessa in meo privilegio confeci hoc aliud instrumentum, quod scripsi ego qui supra notarius Petrus et meo solito signo signavi, subscriptione Nicolai de Venusio ad contractus iudicis subrogati loco et vice prefati Pauli qui supra iudicis premortui et dictorum testium subscriptionibus et subsignationibus debite roboratum.

† Ego domnpus Valentinus de Candito qui supra testis testor † Signum crucis proprie manus mei qui supra Gulielmi de sancto Chirico illicteratus scribere nescientis